



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XI. De Tartaris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

CAPVT XI.

DE TARTARIS.

Tartari siue Tatari, per vastas Scythiæ solitudines ad Septemtrionem porrectas habitant in Europâ & Asiâ: quibus vnus olim Chamus siue dominus, nunc plures, scisso imperio, dominantur. De his fusè Thuanus hist. lib. 67. agit. Sunt qui tradunt, *Anselmum*, ordinis S. Dominici, & *Odoricum*, Ord. S. Francisci, anno 1247. ab Innocentio IV. missos fuisse ad Magnum Chamum, Catai dominum. Inter Tartaros Cumanos sunt hodieque plurimi homines Christiani ritus Latini, à quibus *Marcus Antonius Spinola*, patriâ Tartarus, sed origine Geneuensis, patrum memoriâ ad Stephanum Batorium Poloniæ Regē missus est.

1305. Tartaros Religionem Christianam seriò amplexos lego, tempore Nicolai IV. in Concilio II. Lugdunensi. Lego item à Clemente V. *Ioannem à Monte Coruino*, ord. Minorum, circa annū M. CCC. V. Tartaris datum Archiepisc. Cambaliensem.

Ad *Cataium* quod attinet, id hodie regnum est Chinense: *Cambalu* autem hodie Pequinum dicitur, *Quinzay* verò Nanquinum;

num; vrbs vtraque regia hodie Sinarum, seu Chinenſium: vt tradit Nicolaus Trigautius, libro quinto de rebus Sinenſibus, capite 12.

Apud Sinas certè ſuperſunt hodieque veſtigia Chriſtianæ religionis in ijs populis, quos Crucis adoratores ſeu profeſſores nuncupant, quosque Saraceni & Armenij Iefuinos vocant. Vnde fortaffe conijcere liceat, iſtos Crucis veneratores à Tartariſ Chriſtianis originem traxiſſe. Conſtat namque Tartaros circa annum Chriſti 1200. magnis exercitibus in Sinarum regnum penetraſſe, eodemque tempore Marcum Paulum Venetum huc perueniſſe.

CAPVT XII.

DE TVRCIS.

Turcarum Imperium latiſſimè patet per Aſiam minorem, Syriam, Aegyptum, magnam Africæ partem, Græciam, Macedoniam, Thraciam, Daciam, Seruiam, Hungariæ partem, aliasque Prouincias. Colunt autem Mahumetanam ſuperſtitionem, quæ circa annum Chriſti 626. initium ſumpſit: de cuius impietate ac vanitate varij ſcripſere.

III Omnibus autem Mahumetanæ ſectæ
K 5 cul-